



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

30. Dies Novemb. Æternitas nec tempus, nec temporis ulla pars est:
neque enim in mensuram cadit. Sanctus Gregorius Nanianzenus Orat. 38.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

956 *Christiani Militis* Novemb.
efficiamur. Si enim totus Jesus, & quidquid in eo
est, Patri placet, quomodo non ei placebimus, si u-
num cum eo simus? si nos in illo maneamus, sicut
membra in corpore, palmites in vite, radii in sole,
rami in arbore. Itaque Christo adhærere, est Deo
super omnia placere. Illi adhærebis, si non pecces;
non peccabis, si ames: est enim illud velut è tripode
prolatum:

Nunquam peccares, Christum si semper amares.

30. DIES NOVEMB.

Æternitas nec tempus, nec temporis ulla pars est:
neque enim in mensuram cadit. *Sanctus Gregorius*
Nanzianzenus Orat. 38.

Temporis I. **I**mmemorium est æstimandum, quod
præmium
ex æterni-
tate co-
gnoscitur. **I**mmemorium est nos æternitatis candidatos im-
mensum, & timere, ne infelix, &
gaudere, quia speramus fore, ut felix nobis obringat
per Christi merita, æternitas. Ut tempus bene im-
pendas, infelicem æternitatem rectè expendas. Jul-
fit Ezechielem Deus 390. dies in idem latus decum-
bere. Quid in carbones igni ardentes inexhausto,
excoëtorum more & liquentium metallorum mo-
rinos decumbere, ac pertinaci caligine, cruciatu-
que alligatos, ne punctum quidem brevissimi tem-
poris, ex omni æternitate respirare, dictu horren-
dum, sed magis cogitatu! febrienti nox annus est,
quamvis molli, lætoque in lecto, in spé foliis, ac me-
dici, non longa in valetudinis expectatione. Quid
si lucem, medicum, sanitatem, levamen desperaret,
& in ardores sempiternos, ignemque perpetuo de-
voran-

Noveimb.

Tessera.

957

vorantem mutetur igniculus corporis; in crates ignitas, culcitra; in æternitatem crudelissimam nox? ah! si hæc in animum descendant, sœpè, si penitus, si particulatim! quantum illi robur contra insultus vitiorum, quæ novos quotidie ad virtutem spiritus sugerant! non ut alit præmansus ritè cibus, præcipitatus gravat, & inquinat: sic ista cursim, & obiter, inspecta, vim suam exerere, in obfirmata vitia, & segnem ignaviam non possunt; sed auget potius eorum culpam, quos hæc qualiscunque cognitio, non affractuit à peccando.

II. Imperia, ruinæ, calamitates publicæ, ac privatæ, martyria, ærumnæ, seu spontaneæ, seu coactæ, & quidquid hic tempus peperit, idem hic secum jugi vertigine abstulit, vel mutavit, fecitque laborem quemlibet, ipsa varietas mitiorem: unum hoc gratum, ingratum sit, fixum semper, & immobile stat, quod æternitatis in jura transiit, spe videlicet omni destitutum, quæ una dolores mortalium aut mulcet, aut eludit. Illa Babylonis fornax in cubito hæret quadragesimo nono ad quinquagesimum expiacionis, & veniæ flammæ non exerit: aquæ stillam avarus epulo post tot fercula, recens petit, & accumulet qui volet quantumvis peritus numerandi, annos, dum multitudine milleniorum, ars, ingeniumque obruatur; post tantum temporum tam ineffabile, avarus epulo, æquè et hactenus, guttâ illâ egebit ejulans, & continuato æternum rugitu frustra illum rogabit. Nunc, nunc, opportuni sunt ejulatus, labor, molestia, pretiosæ nunc horæ, ac momenta, quæ malè perdimus, & eorum vel unum, damnatus quilibet mille annorum cruciatibus emptum velit.

His

His accedit quod æternitas nullam admittat comparationem, cum infinita sit, nec ullis possit temporibus æquari. Tantum enim ab ea mille anni distant, quantum oculi nictus, & horæ atomus, ad decies centena millia sæculorum, accedat proprius, quantum sæcula ad æternitatem, ad cuius conspectum omnis annorum longinquitas evanescit, nedium ut possit cum ea conferri.

III. Si momentum unum, quo corpus interit, oblectamentis omnibus hominem spoliat, quid perpetuas animæ morientis? Äquat mors, læsum aut triste sit, quicquid est in vivis immoquale: nec magnus ille Stylites Simeon de 80. neque Ronualdus denorum 100. asperitate durissima, plus aliquid sensere morientes, quam si Sardanapali semper aucti Hellogabali vixissent, verum illius tantum æternos frustus, gloriolosque colegerunt. Optatis Christiani utrum mavis, fugit æquè peccantium voluptas, ut pœnitentiam obeuntium labor: manent æquæ tormenta nullo fine, quæ illi, peccando, uti & præmita quæ isti, dolendo paraverunt. Age nunc statue, num præstet pœnitentia momento levissimo, æternum gloriæ pondus occupare, an puncto honoris aut dilectionis fugientis; æternis incendiis auctorati? Nec te vitæ hujus prolixitas terreat: centum tibi ut annos solidos, vel faustos illius arbiter spondeat, vel in orbis, & ærumnis exercendos imponat: (a) Omnis res quæ finem habet, brevis est, licet in myriades temporum protendatur, quæ sanè à nobis aeternas spectantibus, debent non dissimili oculo, ut apex individuus temporis æstimari. Fingamus mode-

oppig.

(a) *Augustinus in Psal. 45.*

vemb.
at com.
tempo-
distant,
d decies
s, quam
im om-
ut pol-
erit, ob-
uid per-
etum aut
magnus
is deca-
id lefe-
aut He-
nosfro-
luritare
tas, ut
quæ tor-
præmia
ue, num-
ternum
aut de-
torati
n tibi ut
deat, ve-
a) Om-
yriades
ætema
ut apex
mod
oppig-

Novemb.

Tessera.

959

oppignoratum tibi cœlesti promissio annum centesimum, sed hac lege, ut in ejus ævi sustentationem, nihil sis habiturus, nisi quod horæ unius spatio ex aperitis potentissimi Principis expromptum thesauris, repositurus sis. Fingamus si mavis, unam divinitus tibi horam concedi, postquam, item divinitus noveris, mundum, & te cum illo peritum: horam illam te quæso quām avarè, ardenter, quā rapiditate insumperis: & torpemus cæci, & inertes, in nostra meliori causa, nihil in tota messum æternitate, nisi cujus brevi nunc vitæ hora sementem fecerimus. Evigilemus tandem, & aliquid sobrii consilii ineamus? seriùs, ocy-
us, ubi præcessit culpa, sequetur Pœna.

I. DIES DECEMB.

Omnis nobis causamur deesse Gratiam: sed justius
forsitan ipsa sibi queratur Gratiae deesse nonnullos.
S. Bernard. serm. de trip. custod.

Libertas I.
hominis.

Tacitis paulatim mēsibus, annus
præcipitat ad occasum; & vita
nostra cum illis ad sepulchrum.
Tempus adhuc nobis est accep-
tabile; quia possunt opera nostra esse Deo accepta.
Non erunt porrò accepta, nisi fuerint cū Gratia ejus
incepta, & cum eadem obsoluta. Ut sint talia, non no-
bis deest Gratia; laborandum nobis est, ne nos desi-
mus Gratiae. Ne illi nos desimus, in nostrâ est potesta-
te, quia fruimur arbitrii nostri plenâ libertate. Iraque
liberti